βαπτίζοντες ὁμοῦ εἰς τὸννομα ἕξοχ' ἀριστον

τὸ πα-

## DE BAPTISMO.

*Amen.*

*Additur hæc vox certo consilio Dei,  
Ut verè credam nunc hanc precationem  
Non esse inutilem clamorem murmurq; inane :  
Sed placere summo Deo nostras preces,  
Et consequi omnia, quæ petiuit ab eo.  
Quia ipse iussit nos hoc modo orare,  
Atq; promisit se verè daturum hæc omnia.  
Ostendit itaq; hæc vox (Amen) hæc rata esse,  
Et donatum iri omnia, quæ petita sunt, opportunè.*

## DE BAPTISMO.



*Baptismus non tantum est aqua flu-  
uialis,  
Sed inclusa est hæc verbo & man-  
dato diuino.*

*Quæstio.*

*Dic mihi interroganti, quodnam sit verbum illud?*

*Responsio.*

*Id ego tibi dicam, quoniam nunc me interrogas.  
Saluator noster fide dignus sic locutus est :  
Euntes docete omnes gentes per vniuersam terram,  
Baptizantes eos simul in nomine longè præstantissimo*

*C 5*

*Æter.*

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΒΑΠΤΙΣΜΟΥ.

τὸ πατρὸς αἰδίου, καὶ υἱοῦ, καὶ πνεύματος ἁγίου.

Ερώτησις.

Νυνὶ δὲ ἐθέλω σε, φέρισε, πάλιν περὶ τούτου ἔρεσθαι·  
βαπτισμὸς τί βροτοῖς δειλοῖς πᾶσι συμφέρει ἕτος;

Απάντησις.

Σοὶ τότῃ ἐγγὺς ἔρέω, σὺ δὲ ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῆσιν.  
ἐκτελεῖ ἀμωλακιῶν ἄφεσιν βαπτισμὸς ἀπασῶν,  
ἡδὲ κακὸν σατανᾶ τε καὶ αἰπὸν ὄλεθρον ἀλάλησθαι,  
ἄφθιτον εὐτυχίαν θνητοῖσι βροτοῖσιν ὑπέζων,  
τοῖς πιστεύουσιν λόγῳ ἀθανάτιο θεοῦ,  
καὶ τῇ ἰσχυρῇ λόγῳ ἐν πᾶσι θεῶν ἐξση.

Ερώτησις.

Εἰπέ, τίνες τοιαῦτα ἰσχυρὰ θεοῦ εἰσὶ;

Απάντησις.

ὦ φίλε νυνὶ ζῶντι θεῶν ἐμπάζω μύθων,  
οὗς ἀψύχῳ ἐὼν θεῶν ἡεὺς εἶπε μαθητῆς·  
πᾶσις ὁ πισθῶν καὶ βαπτισθεὶς, σὺ ἔσθαι,  
ὅς δὲ ἐπισθῶν θεῶν ἀψεύστοι λόγοισι,  
ρίψεται εἰς πολυκώκυτον δόμον ἁδου ἔρεμνοῦ,  
ἐνθάδε οὐκ ἔσεται ἄμπαυμ' ὀδυῶντε γόνυτε.

Ερώτησις.

Ἄλλ' ἄγε, πῶς δύναται ὕδωρ τοιαῦτα τελέσαι;

Απάντησις.

Μηδαμῆ ἐκτελεῖ τοιαῦτα τὸ νήδυμον ὕδωρ,  
αὐτὰρ



DE BAPTISMO.

*Æterni Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Quæstio.

*Nunc autem volo te, bone vir, iterum interrogare.  
Baptismus hic quidnam miseris hominibus prodest?*

Responsio.

*Hoc tibi dicam, tu autem reconde in animo tuo.  
Perficit Baptismus remissionem peccatorum omnium,  
Et improbum Satanam, ac tristem mortem depellit,  
Immortalem felicitatem mortalibus hominibus præbens,  
Illis qui credunt verbo æterni Dei,  
Et promissioni, quæ in verbo diuino comprehensa est.*

Quæstio.

*Dic quæso, quænam istæ promissiones Dei sint?*

Responsio.

*Amice nunc attende, diuinorumque rationem habe verborum,  
Quæ, qui mentiri non potest, Dei filius ad discipulos dixit:  
Quicumque crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit,  
Qui autem non crediderit minimè fallentibus Dei verbis,  
Is abiicietur in luctuosam domum Plutonis tenebrofi,  
Vbi non erit finis dolorum & luctuum.*

Quæstio.

*Sed age, quomodo potest aqua tantas res efficere?*

Responsio.

*Nulla modo dulcis aqua talia efficit.*

*Set*

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΒΑΠΤΙΣΜΟΥ.

αὐτὰρ ὁ θεοπέσι λόγῳ, ὅς μετὰ ὕδατος ἔστι  
καὶ παρὰ τῷ αὐτῷ, ἢ δὲ ἢ πίστις θεοπειθῆς  
πιστεύουσα λόγῳ ὕδατος πρὸς θεῖον εὐόνυ.  
ἢ γὰρ ἀνὰ λόγου, ὅς πέλεται βάπτισμα τὸ ὕδατος,  
ἀλλὰ λόγῳ θεοῦ ὅτι προσέρχεται ὕδατος λαυκῶ.  
δὴ τότε γίνεται εὐρανόθεν βαπτισμὸς ἄνωθεν,  
ἢ δὲ παλιγγρῆς ἀτρεκέως θεῖον τε λουτρὸν  
πνεύματι αἰδίου δυνάμει θεῖῃ τε καὶ ἀληθῆ,  
ὡς περ πρὸς Τίτον Παῦλος γράφει κυδάλιμος φῶς,  
ἢ δὲ θεόπνευστον πάλιν ἐφθέγγαστο φωνῆ.  
ἀλλ' οἶκτον καὶ εὐὸν μέγαν ἡμᾶς αὐτὸς ἔσωσε  
τῆ δυνάμει λουτρῶ καμνῆς γρητῆς κρατεροῖο,  
καὶ τὸ πνεύματι εὐρανόθεν, ὅπερ ἄμμιν ἔδωκε  
δαψιλέως διὰ λαοσίου τὸ χεῖρ Ἰησοῦ,  
ὄφρα δικαιοφέντες ἀγαθῶ λύτρῳ ἐκείνου,  
κληρονόμοι ὤμεν βίου αἰδίου διὰ αὐτὸν.  
οὗτ' ὅλως πέλεται λόγῳ ἀψευδῆς καὶ ἀληθῆς.

Ερώτησις,

ἀλλὰ τί σημαίνει τὸ ἐνυδρον τοῦτο λουτρὸν;

Απόκρισις.

Δεικνύει, εἰν ἡμῖν ὡς διὰ τῆς μετανοίας  
τὸν πάλαι ἄνθρωπον, τὸν τὸ Ἀδὰμ ἐκγεγαῶτα  
πρωτοτόκου, δεῖν ἵφι δαμῆσαι καὶ καταδιῶσαι  
σὺ κακίης ἀθέοις καὶ ὁρμῆς μιαρῆσιν ἀπάσης,  
ἢ δὲ

## DE BAPTISMO.

*Sed diuinum illud verbum, quod vnà cum aqua est  
Et apud eandem, ac fides Deo obedientiam præstans,  
Credens verbo, quod in diuina illa aqua continetur.  
Nam sine verbo aqua non est Baptismus,  
Sed cum verbum Dei accedit ad aquam limpidam,  
Tunc fit cœlestis baptismus supernè,  
Atque renatum verè diuinumq; lauacrum  
Spiritus æterni efficacia diuina & robore,  
Sicut ad Titum Paulus scripsit inclytus ille vir,  
Et diuinitus inspiratum talem protulit sermonem:  
Sed secundum misericordiam suam magnam ipso  
nos seruauit*

*Vi fortis lauacri nouæ generationis,  
Et Spiritus cœlestis, quem nobis dedit  
Copiosè per Seruatorem Christum Iesum,  
Ut iustificati illustri pretio eius  
Hæredes essemus vitæ æternæ propter illum.  
Hic omnino est sermo verus & certus.*

### Quæstio.

*Sed quid significat hæc aquea lauatio?*

### Responsio.

*Ostendit, in nobis assiduè per pœnitentiam  
Veterem hominem, qui ex Adamo natus est  
Primogenito, oportere fortiter domari & submergi  
Vnà cum vitijs impijs & affectibus scelestis omnibus,  
Et hæc*

ΠΕΡΙ ΤΩ ΔΕΙΠΝ. ΚΥΡΙΑΚΟΥ.

ἡδὲ παλιγγρηῆ ἄνθρωπον νυῦ αὐθ' ἀναδιῶσαι,  
εὐσεβέως χ' ὁσίως ὡς αἰ βιοῖ ἡμεῖτα πάντα  
ἔμπεσοιεν θεῶ ἀϊδίου θνητῶν τε ἀπάντων.

Ερώτησις.

Εἰπέ δ' ἔμοιγε, ὅπου τοιαῦτα γεγραμμένα ἴδῃ;

Απάντησις.

Πρὸς τοῦ Ρωμαίου Παῦλου γέ ἴφ' ὄρανε φίτης,  
χρησίμην θεῶν τέτοις ὀπίεσιν ἀμέμπτοις·  
εἰς θάνατον κρυερὸν μετὰ τῷ Χριστῷ ἐπάφημεν  
θεασείου Δαὶ βαπτισμοῦ ζωτῆρος Ἰησοῦ,  
ὄφρ' ὡσπερ Χριστὸς διωάμει πατρὸς ἀϊδίοιο  
ἐκ θανάτοιο λαθιφθόγγυα δυνατῆς ἀνεγέρθη  
ἀθάνατον ζῶων βίον, ἡδὲ ἅπασιν ἀνάσσει,  
οὕτω καὶ ἡμεῖς κρινῶς ὁσίως τε βιώμεν,  
πρωῶντες θεὸν ἀκαμάτως ἔργοις τε λόγοις τε.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΕΙΠΝ.

ΝΟΥ ΚΥΡΙΑΚΟΥ.



Ἐπι τὸ κυριακὸν δεῖπνον πάνυ κυ-  
δάλιμῳ χεῶς  
ἡδὲ καὶ αἷμα θεοῦ πατρὸς Χριστοῦ  
βαρύτιμον  
κυρίου ἡμετέρου καὶ σωτῆρος μεγαλουργοῦ,  
ὄντως εἰν ἄρτω τε καὶ οἴνω εὐχερόω ἡμῖν  
χριστιανοῖς θεοπέθεσιν εἰς τὸ φαγεῖντε πείντε  
παμβα-

## DE COENA DOMINI.

*Et hominem renatum nunc rursus emergere,  
Qui piè sancteq; uiuat omni reliquo tempore  
Coram Deo aeterno, & hominibus omnibus.*

Quaestio.

*Dic autem mihi, ubi haec scripta sint?*

Responsio.

*Ad Romanos scribit Paulus, qui in caelos penetrauit,  
Utens diuino instinctu his uerbis minimè culpandis:  
In mortem horridam vnà cum Christo sepulti sumus.  
Per diuinum baptismum Saluatoris Iesu,  
Ut quemadmodum Christus potentia patris aeterni  
Ex muta morte potenter resuscitatus est,  
Aeternam uiuens uitam atque omnibus imperans,  
Sic & nos nouo modo sancteq; uiuamus,  
Colentes Deum sine defatigatione uerbis & factis.*

## DE COENA DO- MINI.



*COENA Domini est omnino gloriosum  
corpus*

*Et sanguis pretiosus Christi filij  
DEI*

*Domini nostri & seruatoris magnifici,*

*Reuera in pane & uino pulchro nobis*

*Christianis Deo obedientibus ad edendum & bibendum*

*Ab ipso*

ΠΕΡΙ ΤΩ ΔΕΙΠ. ΚΥΡΙΑΚΟΥ.

παμβασιλῆος ὑπὸ Χριστοῦ τετραγμνόν αὐτῶν.

Ερώτησις.

εἰπέ μοι ἐρομνίω τίς μαρτυρέει τόδε ἀνδρῶν;

Απόκρισις.

εἶρεαι εὐμενέως τόδε, ἔγωγ' ἐν σοι καταλέξω.  
ταῦτα ὅλως ὁμοθυμαδὸν οἱ πολὺ πίσαλοι ἄνδρες,  
Ματθαῖος, Μάρκος, Λουκάς, καὶ ὁ δῖος ὁ Παῦλος  
ἐν βίβλοισιν εἴς τέτοιαι λόγοισιν ἔγραψαν.

Κύριε ἡμέτερε, θεῷ ἡδὺς, Χριστὸς Ἰησοῦς,  
νυκτὶ ἐνὶ θυνοφερῇ, ὅτε αὐτὸς περὶ δόξη αἰαχρῶς,  
εὐχόμενος ἡμετέρι εἶπὼ, λάβε θέσκελον ἄρτον,  
ἠδὲ κλάσας διέδωκε μαθητῆσι ἑφετέροισι,  
πρὸς τ' αὐτοὺς μάλα νημερτὲς τοιαῦτ' ἀγορεύε·  
δεξάμενοι φάγετ', ἐστὶν ἐμὸν τίδε σῶμα ἑταυτῶς,  
σῶμα ὅπερ δίδοται ὑπὲρ ὑμῶν εἰς τὸν ὄλεθρον,  
ποιῶντες τόδε, ἀεὶ μνήσαθέ μου εὐσεβέοντες

Καὶ μετέπειτα λαβὼν τὸ δέπας μελιηδέος οἴνου,  
δύτερον εὐξάμενος πάλιν αὐτῶν τοῖον φάτο μῦθον·  
πίνετε ἐκ τούτου πάντες πολὺ φίλτατοι ἄνδρες,  
ἔστι δέπας τίδε ἀτρεκέως κτηνὴ θρασύκη  
αἷματι ἐν τῷ ἐμῷ, ὅπερ ἐκχέεται ὑπὲρ ὑμῶν  
εἰς τὴν ἀμωλακιῶν πασῶν ἀφροσιν θεομισῶν,  
πίνοντες δὲ, ἀεὶ μνήσαθέ μου εὐσεβέοντες.

Ερώτησις.

Νυνὶ δὲ

DE COENA DOMINI,

Ab ipso summo rege Christo institutum.

Quæstio.

Dix mihi interroganti, quis hominum id testetur?

Responsio.

Interrogas bono studio, ego itaq; tibi narrabo.

Hæc planè unanimi consensu longè fidelissimi viri,

Matthæus, Marcus, Lucas, & diuinus ille Paulus,

In libris suis hisce verbis scripserunt:

Dominus noster, Dei filius, Christus Iesus,

In nocte obscura, cum is turpiter proditus est,

Supplicans patri suo, accepit diuinum panem,

Atq; frangens distribuit discipulis suis,

Adq; illos valde verè talia locutus est:

Accipientes edite, est meum hoc corpus reuera,

Corpus, quod datur pro vobis in mortem:

Hæc cum facitis, semper mementote mei pietatem eoa

Et postea accepto calice dulcis vini, (lentes:

Secundò cum precatus esset, rursus talia dixit verba:

Bibite ex hoc omnes carissimi viri,

Est poculum hoc verè nouum Testamentum,

In sanguine meo, qui effunditur pro vobis

In remissionem omnium Deo exosorum peccatorum;

Quoties autem biberitis, semper mementote mei

pietatem exercentes.

Quæstio.

D

Nunc

ΠΕΡΙ ΤΩ ΔΕΙΠΝ. ΚΥΡΙΑΚΟΥ.

Νυν δ' ἐθέλω αὐτῶ μετακλῆσαι ἢ ἔρεσθαι  
τί χραισμῆ τῶτον τρόπον ἐδιέμεν τε πείντε;

Ἀποκρίσις.

Δηλοῖ τῶ σαφῶς τάδε ῥήματα ἀξίωπιτα·  
ἤδη ὅπερ διδοται τε καὶ ἐκχεῖται ὑπὲρ ὑμῶν,  
εἰς τὴν ἀμπλακιῶν πασῶν ἀφροσιν θεομισῶν.  
ἀτρακέως ἡμᾶς ἐν ῥήματι ταῦτα διδάσκει,  
ἐν τῷ δείπνῳ διὰ τῶνδε λόγων μέγ' ἀγαυῶν,  
ἅμμι δοθῆναι ὑπερβασίῶν ἀφροσιν κακῆργῶν,  
ἠδὲ δικαιοσύνη, καὶ τὸν βίον αἰὲν εὐόντα.  
ὅπου γὰρ πέλεται ἀφροσιν κακῶν ἀθεμίτων,  
ἐστὶν ἐκεῖ χ' ἀγασμός ἢ βίῳ ἀμβροσίῳ ὄντως.

Ερώτησις.

αὐτὰρ πῶς δυνάτ' τὸ φαγεῖν τε πείντε τὸς ἔρξαι;

Ἀποκρίσις.

ἄψ αὐθις μύθοις σε ἀμείφομαι εὐφροσι θυμῷ.  
ὄδαμῆ ἐκτελέει τόσα ἢ βρωσίς τε πόσις τε,  
ἀλλ' ὅδε δέσπεισι λόγῳ αὐτοδιδάκτου ἰησοῦ.  
σῶμα ὅπερ διδοται ὑπὲρ ὑμῶν εἰς τὸν ὄλεθρον,  
αἷμα θ' ὃ ἐκχεῖται σάφα εἰς ἀφροσιν κακῶν.  
ῥήματα ταῦτ' ἐστὶν πρὸς τὴν πολυκερδέα χρῆσιν  
τῶ σίτου γλυκεροῦ ἅμα ἢ εὐφροσι οἴνου  
ὡς κορυφῆ κεφαλῆ τ' ἐν τῷ δείπνῳ ἀγαυῷ.  
ὅστις γοῦν πρὸς ῥήμασι ταῖσδε βεβαίως,

ἔτ



## DE COENA DOMINI.

*Nunc autem volo iterum hoc sciscitari & querere.  
Quid prodest hoc modo edisse & bibisse?*

### Responsio.

*Hoc manifestè declarant hæc verba fide digna:  
Quod nunc datur & effunditur pro vobis  
In remissionem omnium Deo iniurorum peccatorum.  
Verè igitur nos hæc verba docent,  
In hac Cœna per hæc verba admodum illustra,  
Nobis dari remissionem peccatorum malitiosorum,  
Et iusticiam, ac vitam æternam.  
Vbi enim remissio flagitiosorum peccatorum est,  
Ibi est & sanctificatio & vita æterna verè.*

### Quæstio.

*Sed quomodo potest illud edere & bibere tantas res  
efficere?*

### Responsio.

*Rursus verbis tibi respondebo beneuolo animo.  
Nequaquam efficit tantas res cibus & potus,  
Sed diuinus hic sermo à se ipso docti Iesu:  
Corpus quod datur pro vobis in mortem,  
Et sanguis, qui effunditur verè in remissionem pecca-  
Hæc verba sunt in valdè lucroso usu (torum.  
Panis dulcis & exhilarantis vini,  
Tanquam summa & caput in hac cœna veneranda.  
Quisquis igitur his verbis firmiter credit,*

Η ΕΥΛΟΓ: Τ' ΤΡΑΠΕΖΗΣ.

ἔτθ' ἔρχ' πασῶν ἄφροσιν κακιῶν ἀλεχθῶν,  
ρήματα ὡς δειπνου τούτ' ἄμμιν ὑπὸ χερατῆ ἰροδ.

Ερώτησις.

Τίς φέρε ἀξίός ἐστι λαβεῖν τέδε δειπνον ἄριστον;

Απάντησις.

Σὺ δὲ ἔγωγ' ἐρέω, σὺ δὲ ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῆσι  
νησεύειν καὶ σωφρονέειν, καὶ σῶμα δαμάζειν,  
εἰσὶ μὲν ἀσκήσεως πάνυ, καὶ παιδεία ἀμεμπτός,  
αὐτὰρ ὅτις πσεύδ' ῥήμασι τοῖσδε κραταῖως  
(δωρηθέν τε καὶ ἐκχύμενον πάντων ὑπὲρ ὑμῶν,  
πρὸς τὸ ἔμμεν λύτερον κακιῶν ἀνταρκέες ἀπάντων)  
ἀξιόθ' ἔτθ' ἀνὴρ ἅμα καὶ ἐπιτήδεός ἐστι.  
πᾶς δὲ ὁ ἀπισήσας τέτοισι λόγοισιν ἀχουοῖς,  
πάμπαν ἀνάξιθ' ἠδὲ ὅλως ἀχρηστὸς ἐστίν.  
ἔτθ' ἔπειτα χερσὶ λόγος ἀψευδῆς (ὑπὲρ ὑμῶν)  
εὐπίστους κραδίαις ἡμᾶς ἀγαπαντὸς ἀπαιτεῖ.

Η ΕΥΛΟΓΙΑ ΤΗΣ

ΤΡΑΠΕΖΗΣ.

Κνώδαλα πάνθ', ὅσα ἤπρθ' ἔτρεφθ' ἠδὲ  
ὅσα πόντθ',  
ἰχθυοὶ εἰνάλιοί τε καὶ οἰωνοὶ πετελυοί,  
καὶ σύμπανθ', ὅσα γαῖαν ἐπιπνεῖ τε καὶ ἔρπει.  
Ἐφ' αὐτῶν

## BENEDICTIO MENSÆ.

*Is habet remissionem omnium vitiorum molestorum,  
Quemadmodum illud nobis verba sacræ cœnæ pollicentur.*

*Quæstio.*

*Quis quæso dignus est, vt accipiat hanc optimam cœnam?*

*Responsio.*

*Tibi hoc dicam, tu autem memoria tene.*

*Ieiunare & temperantiam colere, & corpus domare,  
Sunt quidem exercitia & disciplina non reprehendenda,*

*Sed qui credit hic verbis firmiter*

*(Datum & effusum pro omnibus vobis,  
Vt sit sufficiens pretium vitiorum omnium)*

*Is omnino homo dignus & idoneus est.*

*Quisquis autem diffidit his præclaris verbis,*

*Is omnino indignus & prorsus inutilis est.*

*Hoc enim Christi verbum veridicum (Pro vobis)*

*Omnino à nobis credentia corda flagitat.*

## BENEDICTIO MENSÆ.

**A** Nimalia omnia, quæcumq; terra nutrit & pontus,  
Pisces marini, & aues volucres,  
Ac omnia quæ super terram spirant & serpunt,

D 3

Suos

## ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑ.

Σφας ὄψις ἀνατείνουσι πρὸς σ' εἰς τὸν ὄλυμπον,  
καὶ σὺ πατήρ Φιλότεκνον ἔων πλὴν βρωσιν ἐκάσσις  
αὐτομάτως τε καὶ εὐκαίρως μάλ' ἀταρκτὴ ὀπάσεις  
παντοίων ἀγαθῶν σὺν χεῖρα γέμουσαν ἀνοίγεις,  
καὶ σύμπαντα κερεῖς μετὰ εὐφροσύνης τε χαρᾶς τε.

Ω πάτερ ἡμέτερ', ὅς πανυπέρ-  
τατα δώματα ναίεις.

Ω πάτερ αὐτοκράτηρ, πάντα τρέφ', ἔων  
γλυκύθυμος,  
εὐλόγη εὐμενέως ἡμῖν δώροισι τε ποῖσιν,  
ἐκ τῶν σῶν χειρῶν ὅσα λήψομεθ' ἀγλαοτίμων,  
εἰνεκά σου τέκνου, χ' ἡμῶν σωτῆρος, Ἰησοῦ.

## ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑ ΜΕ- ΤΑ ΤΗΝ ΤΡΟΦΗΝ.

Κλείετε ἀθάνατον ψαλμοῖς θεὸν εὐπέεσον.  
εὖνος γὰρ πέλεκυ λίαν χρησός τε ἀληθῶς,  
ἠδ' ἐλεημοσύνη αὐτῷ αἰώνιος ἐστίν.  
ὅς τρέφει ἀντίρως συμπάσης κνώδαλα γαίης,  
καὶ νοσῶν κερᾶκων, οἵπερ κρέζουσι πρὸς αὐτὸν.  
ὅς χαίρει ῥώμη ἀλκῇ θ' ἵππου χρεμέζοντος,  
οὗτ' ἀνδρὸς κνήμης εὐρώσοισιν μεγαθύμου.

χαίρει

## GRATIARVM ACTIO.

*Suos oculos attollunt ad te in cœlum,  
Et tu pater, qui amans sobolis es, victum singulis  
Tua sponte, & tempestiuè, planeq; sufficientem præbes.  
Manum tuam omni genere bonorum refertam aperis,  
Et omnia satias cum animi voluptate gaudioq;*

*O pater noster, qui supremas do-  
mus inhabitas, &c.*

**O** Pater omnipotens, qui omnia nutris, cum sis miti  
animo præditus,  
Benedic beneuolè nobis, donisq; tuis,  
Quæ ex venerandis manibus tuis sumpturi sumus,  
Propter tuum filium, ac nostrum saluatorem, Iesum.

## GRATIARVM ACTIO POST CIBVM sumptum.

**L**audate immortalem Deum psalmis facundis.  
Valdè enim beneuolus est bonusq; reuera,  
Et misericordia eius in æternum durat:  
Qui nutrit sufficienter animantia totius terræ,  
Et pullos coruorum, qui clamant ad eum.  
Nec delectatur fortitudine roboreq; equi hinnientis,  
Neq; tibijs robustis viri magnanimi:

D 4

Dele-

ΕΥΧΗ ΠΡΩΙΝΗ.

χαίρει δὲ ἀνθρώποις, οἳ μιν φοβέονται ἀμέμπλως,  
ἢ δὲ Ἰπιδυμοῦσιν καθαρώς ἐλέοιο ἐκείνου.

Ω πάτερ ἡμέτερ', ὅς. ἢ τὰ λοιπὰ.

**Σ**οὶ χάριν ἐκ θυμοῦ ἔχομεν πάτερ αὐτο-  
βρέθλε,  
σὺνόματι Χριστῷ ἐν αἰδοίῳ Ἰπικεύρου,  
πατρὸς σου κλειτῷ, καὶ κυρίου ἡμετέρου,  
σῶν ὑπὲρ εὐχρησῶν πασῶν εὐεργεσιῶν,  
ὅς ζωεῖς ἄμα καὶ ἄρχεις πολυούλθῳ ἀγέρως.

ΕΥΧΗ ΠΡΩΙΝΗ.

**Σ**οὶ πάτερ αὐτοκράτωρ χάριν οἶδα ἔγωγε  
μεγίστην,  
κλειτῷ ἐν σὺνόματι Χριστῷ, τῷ ἡοῦ ἀγαθῷ,  
ὅτι με παννύχιον φιλικῶς κρατερῶς τε φύλαξας,  
νῦν δὲ ἐγὼ ἐξαυτῆς σοὶ ἐπέυχομαι, ὦ πάτερ ἐδθλε,  
σήμερον εὐμενέως καὶ πᾶντ' ἀπ' ἐμεῖο ἀμῦσαι,  
ἢ πατρὸς με ὅλως ἀφ' ἀμαρτιάδος ἱφὶ φυλάττειν,  
ὄφρα σοὶ ἡ ζωὴ μου ἀδῆ καὶ πνεύματα πάντα.  
Σοὶ γὰρ ἐγὼ ψυχὴν καὶ σῶμα, ἢ ὅσα μοί ἐστι,  
πάντα Ἰπικρέπω, ἄγγελθῳ ἱρὸς ἔμοιγε παρέστω,  
ὄφρα μὴ ὑβριστεῖς καταναῖς, διαπήλια εἰδῶς,  
δειλῶ ἔμοιγε βροτῶ τέχνῳ τε μόροντε φυτῶν.

ΕΥΧΗ

PRECATIO MATVTVINA.

Delectatur autem hominibus, qui ipsum timent inculpate  
Et expetunt pura mente misericordiam eius.

O pater noster, qui &c.

**T**ibi gratias ex animo agimus pater aeternae,  
In nomine venerando Christi opitulantis,  
Filij tui inclyti, & Domini nostri,  
Pro omnibus tuis salutaribus beneficijs,  
Qui vivis simul & regnas perbeatus in omni aeterni-  
tate.

PRECATIO  
MATVTVINA.

**T**ibi pater omnipotens gratias ago maximas,  
In preclaro nomine Christi, filij tui venerandi,  
Quod me hac nocte amanter fortiterq; defendisti:  
Nunc autem te rursus precor bone pater,  
Ut hodie omnia mala à me benevole propulses,  
Et ab omni peccato me fortiter defendas,  
Ut tibi vita mea placeat, & facta omnia.  
Tibi enim ego animam & corpus, ac quaecunque habeo,  
Omnia commendo, Angelus sanctus mihi præsto sit,  
Ne contumeliosus Satanas, fallacias sciens,  
Mihî misero hominî dolum interitumq; struat.

D 5

PRE-

ΕΥΧΗ ΟΨΙΝΗ.

Σοὶ πάτερ οἶδα ἐγὼ πολλὴν χάριν ἔχειν ἔχειν  
ἄριστε

θεῶν ἐν δυνάμει χειρὸς σέο τέκνου ἀγαυῆς,  
ὅτι φιλοσόφως με ἐν ἡμέρῃ ταύτῃ σῴωσας.  
ἤδη αἰτῶ σε ὅσον δυνάμει πρὸς κῆρα μάλισται,  
συγγνώμην μοι πᾶν ὅ,τι μοι δεόν ὅτι ἐτελέσθη,  
καὶ μετέπειτ' ἅπ' ἀχῶν καὶ ὑπερβασίων με  
φυλάττειν.

Σοὶ γὰρ σώμα ἐμὸν καὶ ψυχὴν, κτήματα τ' ἄλλα  
πάντ' ἐγκραίω, πρὸς ἀγγελῶν ἀθανάτοιο  
σώζει ἐμ', ὑπερβασίης ἵνα μὴ καταναῖς μοι ἀνάσσει.



ΠΙΝΑΞ



PRECATIO VESPER-  
TINA.

**T**ibi optime pater magnas ago gratias,  
In diuino nomine Christi filij tui colendi,  
Quod paternè me hodierno die seruasti.  
Ac oro te ex animo quantum possum maxime,  
Vt mihi condones omne illud, quod non decenter à me  
perpetratum est,  
Et deinceps à doloribus & peccatis me defendas.  
Tibi enim corpus meum, & animam, bonaq; alia  
Omnia in manus trado, Angelus tuus in caelos penetrans  
Seruet me, ne iniuriosus Satanas vllam in me potesta-  
tem habeat.



TABV-

Π Ι Ν Α Ξ  
ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ

ΠΕΡΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩ  
κόσμῳ θεοφιλῶν τάξεων ἢ διοική-  
σεων ἔργων ἢ καθηκόντων.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ,  
ἢ ἐκκλησιασῶν, ἢ ποιμένων ἔργα.

Τῆς α. πρὸς Τιμόθ. β' γ,  
καὶ πρὸς Τίτ. τ' α.



Ἄνδρα ἐπίσκοπον ἢ δὲ ἱερῆα δεῖ  
ἔμμεν ἀμεμπτον,  
οὐ μοιχόν, θεοπειθῆ ἅπαρ παρὰ-  
κροίτην ἔχοντα,  
νηφάλιον πάνυ, ἠδὲ φιλόξενον, εὐφρονέοντα.  
ἰδμοπαῦης δ' ἱερῆς ἀνδρῶν πολὺ φέρτερον ἄλλων,  
ὀρθοτομεῖν ἀγίῳ διδαχῶν ἐπιτήδεον ὄντα,  
ἀντιδικούς καὶ ἑπικρατέως ἐπέεσσιν ἐλέγχον.  
εὐ καὶ ἑπισταμνάως εὐθύνοντα ἑφίτερον δῶ,  
τέκνατ' ἔχοντα ἑαόφρονα ἠδὲ καὶ ἠῆη ἄριστα.  
δεῖ τ' αὐτὸν μισεῖν πλὴν οἴνωσίν τε μέθην τε,  
ἠδὲ ἑριδας συμπάσας, ἀνδροφόνους τε ἀγῶνας,  
πάντ' αἰσχρὸν κέρδιον τε ἑ ἐργασίαν δολόμητιν,  
πλὴν τε φιλαργείαν ῥίζαν κακότητος ἀπάσης.  
οὐδέ μιν ἀετιμαθῆ δεῖ ἔμμεν θεοῖο λόγου.

Π Ε Ρ Ι

*TABVLA*  
**OECONOMICA**  
DE OMNIVM PIORVM OR-  
dinum ac statuum officijs  
in mundo.

**DE OFFICIO EPISCOPO-  
rum, Parochorum & Concio-  
natorum.**

*I. Timoth. 3. & Tit. 1.*



*Irurum episcopum & sacerdotem decet esse ir-  
reprehensibilem,*

*Non adulterum, sed piam vxorem ha-  
bentem,*

*Sobrium omnino, atque hospitalem, prudentem,*

*Qui peritia sacra alijs viris longè antecellat,*

*Et ad rectè secandam sacram doctrinam idoneus sit,*

*Ac aduersarios fortiter verbis refutare possit:*

*Qui rectè & prudenter suæ domui praesit,*

*Liberosq; habeat temperantes & optimis moribus prædi-*

*Decet etiam eum odisse vinositatem ebrietatemq; (tos,*

*Et contentiones omnes, lethaliaq; certamina,*

*Omneq; turpe lucrum & negotiationem fraudulentam,*

*Ac auaritiam, quæ omnis mali radix est,*

*Neque decet eum esse talem, qui nuper sacras literas didi-  
cerit.*

**DE**

ΠΙΝΑΞ ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ.

# ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΡΓΟΥ

ΤΩΝ ΤΟΥ ΘΕΙΟΥ ΛΟΓΟΥ Α-

κροατῶν πρὸς σὺν πικρίας καὶ  
διδασκάλους ἑαυτῶν.

Εν τῇ πρὸς σὺν Θεσσαλ. κεφ. ε.

**Ν**αθετέω δ' ὑμᾶς φιλικῶς ἀγαπητοὶ ἀδελ-  
δαφιλέως δόμναι κλεάτων ἐξ ἡμεροέντων  
ὑμετέροισι κατηχητῆς ἱερεῦσί τε ἄλλοις,  
τοῖς λόγῳ ἐν θεῷ παρδύουσιν σάφα ὑμᾶς.  
πέτε γοῦν αὐτοὺς τε καὶ ἐκ θυμοῖο φιλεῖτε.  
μὴ κακὰ βυασοδομάετε τῆς φρεσὶν ὑμετέρῃσι,  
θεῖον ὅπρὲν ἔργον καὶ χρήσιμον ἐκτελέουσι.

ἐπι δὲ καὶ ἐν πρώτῃ πρὸς Τιμόθ.

κεφ. ε.

Τίσατε πρεσβυτέρους διαλῆς τιμῆσι ἀμέμπτως.  
σὺν δὲ μάλιστα, οἱ ἐν διδαχῇ θεῆν πονέουσι.  
ἐργασθῆν γὰρ ἅπασ μισθῶ εὐῶ ἀξίος ἐστιν,  
σὺν ὑγιῶς διδαχῆς πέλεται ἀντάξιον σὺν.

Πρὸς Ἑβραίους τῷ ιγ.

Αἰδοίως παρδύτῃς ὑμετέροισι πίθεθε,  
ἐν φρεσὶ βαλλόμενοι διδαχὰς αὐτῆ βαρυτίμως,  
ἀγρυπνοῦσι γὰρ ἀσκελέως ψυχῶν ὑμῶν,  
εὐθυ-

TABVLA OECONOMICA.

DE OFFICIO AV-  
ditorum verbi diuini erga  
pastores & Doctores suos.

*1. Theß. 5.*

**H**ortor autem vos amanter dilecti fratres,  
Vt liberaliter detis ex facultatibus iucundis  
Vestris doctoribus & sacerdotibus alijs,  
Qui in verbo diuino vos manifestè erudiunt.  
Honorate igitur illos, & ex animo diligite,  
Non malè cogitate in mentibus vestris,  
Diuinum enim opus & vtile persciunt.

*Et 1. Timoth. 5.*

Colite seniores duplici honore sine reprehensione:  
Illos autem præcipuè, qui in doctrina diuina laborant:  
Omnis enim operarius mercede sua dignus est,  
Neq; cum sana doctrina quicquam æquiparari potest.

*Ad Ebræos 13.*

Reuerenter doctoribus vestris obtemperate,  
Animis imprimentes eorum doctrinas pretiosas,  
Vigilant enim assiduè pro animabus vestris,

Ratio-

ΠΙΝΑΞ ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ.

εὐθύνας θεῷ ἀθανάτῳ δώσοντας ἀμέμπλους,  
τοίους ἔν παρέχεσθ' ὑμᾶς αὐτοὺς πρὸς σκείνας,  
ὄφρ' ἔργον ποιῶσ' ἐόν εὐφρονα θυμὸν ἔχοντες  
ὣ δὲ σενάζοντες· τίθε γὰρ μὴ συμφέρει ὑμῖν.

Πρὸς Κορινθίους τῷ θ.

Οἱ λόγον ὀρθοτομοῦσι θεῶν σεσοφισμένοι ἄνδρες,  
Ἐφ' ἧν ὑπὸ ἀκροῦ πάντ' ἀξιοί εἰσι τραφῶμαι.  
σπουδαίως γὰρ τοῦτ' ἐκέλευσε θεὸς πλύσαι,  
ἔφωσεν ἀθετῆν βροτῶ ἀνέρι ἔθελος ὄσι.

Πρὸς Γαλάτας τῷ ε.

Πᾶς ὁ διδασκόμενος διδαχῆ θεῶν ἀσεροπητῶ,  
ἀθλα κατηχητῆ δότῳ, ἐσθῆτάς τε τροφῆ τε,  
μὴ Ἐφάλλεσθε, φίλοι μου, ἀϊδρησι νόοιο·  
πάντα ὄρα θεὸς ὀφθαλμοῖς καὶ πάντ' ὄψακός,  
ὣ δὲ πρὸς ἐσ' αὐτοῖο σοφὸν νόον ἐξαλέασθε,  
ὡς μικρῶς σπειρῆ, μικρῶς χ' ὄσθ' ἔπειτα θερίασθε.  
καὶ σπανίως ὁ διδούς, σπανίως ὁδὲ λήψεται αὐθις.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ.

Πρὸς ῥωμ. κεφ. ιγ.

Πᾶς βροτὸς δεχόμενος ἐοῖσιν ὑπὸ ἡκούης ἔστω.  
καὶ γὰρ ἅπασ ἀρχῶν, θεράπων θεῶν ἐσὶν ἄνω-  
εκ τε θεῶν βασιλῆες, πρῆτ' ἐκ θεῶν ἐσὶν. (θεν.  
ὡς δὲ

## TABVLA OECONOMICA.

Rationes Deo immorali daturi inculpatae:

Tales igitur praebeate vos erga illos,

Vt opus suum faciant letum animum habentes,

Non autem gemiscentes: Hoc enim non expedit vobis.

### I. Corinth. 9.

Qui verbum Dei recte docent eruditi viri,

Digni sunt omnino, qui à suis auditoribus nutriantur.

Serio enim id iussit Deus multa laude dignus,

Cuius vocem contemnere mortali homini non fas est.

### Galat. 6.

Omnis qui eruditur in verbo Dei fulgura suscitantis,

Praemia doctori det, vestesque cibumque:

Ne erretis, amici mei, stulticia quadam mentis:

Omnia videt Deus caelestis, & omnia audit,

Neque licet eius sapientem mentem euitare.

Qui parce seminat, is & parce metet:

Et parum qui dat, is parum etiam recepturus est.

## DE MAGISTRATIBVS.

### Rom. 13.

**O**Mnis homo Magistratibus suis obediens sit.

Etenim omnis magistratus Dei minister est ab alto:

Et à Deo reges sunt, honor etiam à Deo est.

E

Qui

ΠΙΝΑΞ ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ.

ὅς δ' ἀντιπράττει τάξει θείῃ ἀγερώχως,  
τῷτον ὁ παρμεδέων θεὸς αὐτὸ μετέπειτα καλᾶσθαι.  
ἔτι γὰρ φάστανον ἀμφίτομον φορᾶ εἰκῆ ὁ ἄρχων.  
ἔστι γὰρ αὐστηρὸς θεράπων θεοῦ αἰὲν εὐόντου,  
πρὸς τὸ καλαζέμεναι πάνθ', ὅστις ἀεικέα ρέζει.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΡΧΟΜΕΝΩΝ.

τῆς α. πρὸς Τιμόθ. β.

**Ε**ὐχόμενοι λίσσεσθε θεὸν τὸ ἀνακτᾶ κρεόντων  
γηγυμένων ὑπὲρ ἀνθρώπων, πάντων ἢ μάλιστα  
σκηπτοῦχων ὑπὲρ δρχόντων ἅμα καὶ βασιλῆων,  
ἠδὲ δυναστῶν τε καὶ ἡγεμόνων μεγαθύμων,  
ὅφρα βίον ζώωμεν ἀχῶν ἔκποσιν ἀλάστων.  
πάση ἐν εὐσεβίῃ καὶ κυδαλίμῃς δρετῆσιν.  
ὑμῖν γὰρ τὸδε συμφέρει, ἠδὲ φίλον θεῷ ἔστιν,  
ἡμᾶς ὅς λυγροῦ ἰφ' ἐξεσάωσεν ὀλέθρου.

α. Πέτρος β.

Πειθαρχεῖτε ἀεὶ θείῃς χάριτι εἵνεκ' ἐφετηῆς  
τοῖς βασιλεῦσι κλυτοῖς, ἄλλοις τε καὶ ἡγεμόνεσιν,  
δρχοῖς κυδαλίμοις, ἀνδρεσί τε βουλευφόροισιν,  
οἷς λαοίτ' ἐπιτετέραφαται τὰ τε κοινὰ μέμηλε.  
τῷτους γὰρ διέταξε θεὸς πανυπέρτατος αὐτοῖς  
εἰς τὸ καλαζέμεναι πικρῶς θνητοῖς κακοῦργους,  
ἠδὲ τὸ εὖ ρέζειν τιμᾶν τ' ἀγαθούς καὶ ἀμώμους.

ΤΟΙΣ



## TABVLA OECONOMICA.

Qui autem resistit ordinationi diuinæ superbè,  
Hunc omnipotens Deus vicissim postea puniet.  
Non enim gladium ancipitem gestat frustra magistratus,  
Est enim seuerus minister Dei immortalis,  
Ad puniendum omnem hominem, qui non decentia facit.

## DE SVBDITIS.

### 1. Timoth. 2.

**P**recantes orate DEVM regem regnantium  
Pro terrestribus hominibus, omnium autem maxime  
Pro sceptriferis magistratibus & regibus,  
Ac optimatibus, & ducibus magnanimis.  
Ut vitam agamus sine doloribus grauibus,  
In omni pietate & laudabilibus virtutibus.  
Vobis enim hoc expedit, & Deo gratum est,  
Qui vos fortiter ex tristi liberauit exitio.

### 1. Pet. 2.

Obedite semper propter diuinum mandatum  
Regibus inclytis, & alijs ducibus,  
Principibus excellentibus, virisq; Senatoribus,  
Quibus & populi commendati sunt, & Resp. curæ est.  
Hos enim ordinauit summus Deus ipse  
Ad acerbè puniendum homines sceleratos,  
Et ad benefaciendum ac tribuendum honores bonis & in-  
nocentibus.

E 2

MA-

ΠΙΝΑΞ ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ.  
ΤΟΙΣ ΑΝΔΡΑΣΙ ΓΕΓΑΜΗ-  
ΚΟΣΙΝ.

Εν πρώτῃ πρὸς Πέτ. κεφ. γ.

**Α**νέρες εὐσεβέες φιλικῶς ἐγὼ ὑμῖν παραινῶ,  
εὖ καὶ ἴπτα μείως ὑμῶν ἀλόχοισι ζωοι-  
αδενίην τ' αὐτ' φερέμεν πρῶως τε καλῶς τε, (καὶ)  
ὡς μετόχων ὄσων χάριτ' ὁ βίου αἰδίοιο.  
ἠδὲ καὶ εἰρήνην κευροτρόφον ἀμφαρχπῶντες,  
ἀφραδέως ποτὲ ἢ πικρῶς μὴ ἐρίζετε αὐτῆς,  
ἡμετέρα ἵνα μὴ εὐχήτε λίτητε παρεχθῆ.

Ταῖς γυναιξὶ γαμηθείσας.

**Α**νδράσιν ὑμετέροις σεμναὶ πείθεσθε γυναῖκες  
απουδαίως αἰεὶ, ὡς κυρίῳ ἔξοχ' ὄρεισῶ.  
ὡσπερ Σάρρα Φυλῶ ἐρατὴν ἑταίρην διὰ γυναικῶν  
ἀνδρὸς ἐοδ' Ἀβραάμ πυκινῶς ἴπτεπείθετο μύθοις,  
ἠδὲ ὀνόμην' αὐτὸν ἑφὸν κείρανον ἀγλαότιμον.  
ταύτης ἐν ὑμεῖς πολὺ φίλτατά ἐστε θυγατρεις,  
ὡ εὖ ποιούσα ὅσα ὀρρωδῆτε ἀκαίρως.

Τοῖς γονεῦσι.

**Υ**μῶς ὡ πῆτρες νῦν πρῶτῳ εὐφρονέοντες,  
ὅσα ἐξοργίζεν παῖδας χαλεπίσιν ἐπεισιν,  
ὅπως ἔ μικροψυχοὶ δειλοὶ τε γίνωνται.  
αὐτῶν ἐν εὐσεβίῃ πίσῃ παηδεύσατε αὐτοὺς

πρὸς

TABVLA OECONOMICA.  
MARITIS.

1. Pet. 3.

**M**ariti pijs, amanter ego vos moneo,  
Ut rectè & prudenter apud vestras vxores habite-  
Imbecillitatemq; illarum placidè & pulchrè feratis, (tis,  
Ut quæ participes sint gratiæ vitæ æternæ:  
Et pacem, quæ iuuenum educatrix est, colentes,  
Stultè unquam aut acerbè non contendite cum ipsis,  
Ut vestra oratio & precatio non turbetur.

Uxoribus.

**M**aritis vestris, vos castæ vxores, morigeræ sitis  
Studiosè semper, vt Domino longè optimo.  
Quemadmodum Sara naturâ amabilis, illa prestan-  
tissima mulierum,  
Mariti sui Abrahæ sedulò paruit verbis,  
Et nominauit eum suum dominum venerandum.  
Huius itaq; vos carissimæ filiæ estis,  
Si benè facientes non meticulosæ sitis immodicè.

Parentibus.

**V**os patres nunc hortor, qui rectè sapitis,  
Ut non ad iram prouocetis liberos molestis ver-  
Ne pusillanimes timidiq; fiant. (bis,  
Sed in omni pietate erudite eos

ΠΙΝΑΞ ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΩΣ.

πρὸς τὴν λατρείαν θεοῦ αἰδίου πλύδωρον,  
 ὄφρα τὰ καλὰ μάθωσ' ἀσκεῖν, τὰ δὲ αεικέα  
 φύζην.

Τοῖς τέκνοις.

Υμετέροις, φίλα τέκνα, φίλοις πείθεσθε γονεῦσι.  
 τὸ γὰρ ἴπρι ἐκέλευσε θεὸς, πάνυ ἔννομόν ἐστιν.  
 ἐν δὲ ἄλλοις πᾶσι προστάγμασι θεαυεπίοισι  
 μούνον τοῦτο ἴσταγγελίην τούτῳ ἔχθ' ἰρῶ.  
 ὄφρ' ἢς μακρόβιοι, καὶ ὄρας φάσθ' ἡλίοιο  
 λαμπρῶν, ἄτερ λυπῶν ἴπρι γαίῃ πελυβοτείρη.

ΤΟΙΣ ΔΟΥΛΟΙΣ, ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΘΕ-  
 ραπύλαις, ἢ τοῖς μιθίοις, ἔ τοῖς ἐργά-  
 ταις. Πρὸς εὐφ. κεφ. 5.

Υμῖν μοχθήροις δούλοισιν ἔγωγε παραινῶ,  
 ὑμετέροισι δυνάτης ἐμμοπέως ὑπακχεῖν,  
 ὡς αὐτῶ χριστῶ τῶ ἀμώμῳ καρδιογνώστῃ,  
 νόσφιν ἄτερ δόλου ἠδὲ ἢ σόλομνῆς κολακείας.  
 αὐτόματόιθ' ὑμῶν ἔργον πιεῖτε ἀμέμπλως,  
 οἰόμενοι μὴ δουλεύειν ἀνδρασι βροτοῖσιν,  
 ἀλλὰ θεῷ, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἴστακεῖ.  
 ὅ,τι δὲ ἐρῶ, τῆς φρεσὶ φυλάξατε ὑμετέρησι.  
 παῦ ὅ,τι θνητὸς ἀνὴρ πρᾶτῃ καλὸν ἐν χριστῶνι δία,  
 τὸ γὰρ αὐτὸς καρπώσεται ἐκ θεῶ αἰὼν ἔοντῶ,  
 εἴθ' ὅ,τι ἐλεύθεροί, εἴτ' ἴπριμοχθῶ δὲ λῶ ὑ-  
 πάρχῃ.

Τοῖς

TABVLA OECONOMICA.

Ad cultum æterni DEI fructuosum,  
Ut discant honesta exercere, turpia autem vitare.

Liberis.

Vestris, dilecti filij, caris obedite parentibus,  
Id quoniam mandavit Deus, omnino iustum est.  
Inter alia autem mandata diuina  
Hoc solum promissionem hanc sacram habet:  
Ut sis longæuus, & videas lumen Solis  
Splendidum sine doloribus in terra multos alente.

SERVIS, ANCILLIS,  
mercenariis & operariis

Ephes. 6.

Vos laboriosos seruos ego moneo,  
Ut vestris Dominis promptè pareatis.  
Sicut ipsi Christo, irreprehensibili cordium scrutatori,  
Sine dolo & pernitiōsa adulatione:  
Vltroq; vestrum officium facite sine crimine,  
Existimantes vos non seruire hominibus mortalibus,  
Sed Deo, qui omnia intuetur, & omnia audit.  
Quod autem dicturus sum, vos firmiter memoria tenete:  
Quicquid mortalis homo boni fecerit in terra diuina,  
Huius ipse fructum percipiet à Deo immortalī,  
Sive is liber, sive laboriosus seruus extiterit.

E 4

Patri-

ΠΙΝΑΞ ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ.

Τοῖς οἰκοδεσπόταις ἢ ταῖς οἰκοδεσποίναις.

Πρὸς τοῦ ΕΦ. κεφ. 5.

**Ἡ** δὲ ὑμεῖς οἱ ἀνάσποντες ποιεῖτε τὰ αὐτὰ  
πρὸς τοῦ ἀρχομάνης ὑμῶν, ἀνιόντες ἀπὸ τῆς  
ἀσκουῦντες δὲ ἰπείκειαν λόγῳ ἢ δὲ καὶ ἔργῳ.  
καὶ φράζεσθε κατὰ φρένα ἢ κατὰ θυμὸν ἀκερβῶς,  
παμβασιλεύς ὅτι καὶ ὑμῖν ἐνὶ σόρανῳ ἐσίν,  
σὸδνός ὅς θνητὸς ἀλέγῃ χθονίοιο πρὸς ὄψον,  
καίπερ ὑπερθυμός τε ἢ ἀλκιμός ἐσιν ἐκεῖν.

Τοῖς νεωτέροις.

**Αἰ**ζήεις πάντας νῦν πρὸς τρέπω εὐσεβέοντας,  
ἀνδράσι πρεσβυτέροις πολιοκροτάφοισι πίθεσθαι,  
μικρὰ φρονουῦντες ὅλως ὑπερηφανίης ἀμελεῖτε.  
μισεῖ γὰρ κρατερός θεὸς ἀνδρὶ ὑπέρογκον ἔκαστον,  
τοῖς δὲ πεπεινοῖσιν ἱφτέρῳ χάριν αὐτὸς ὀπάξει.  
τὸνεκα θνητὸς ἀνὴρ φρεσὶ μικρὰ φρονεῖτω ἔκαστος,  
ὄφρα μιν ἐν καμῶ ὑψοῖ θεὸς ὀβριμοεργός.

Ταῖς χήραις.

**Π**ᾶσαι γυνὴ κεδνὴ μὴ ἔχῃσιν φίλον παρακοίτην,  
εἰς θεὸν ἐλπῶντι ἔχέτω τὸν παμμεδέοντα,  
ἐμμενέτω τε προσδουχῆσιν νύκτας τε ἢ ἡμᾶρ.  
χήραι δὲ πρὸς τὴν θυγάτηρ ἔρατὴ θεῶ ἐσίν,

ἢ δὲ

TABVLA OECONOMICA.  
*Patribus familias, & matribus  
familias. Ephe. 6.*

**E**T vos qui alijs imperatis, facite eadem  
Erga subditos vestros, omittentes minas,  
Exercentes autem æquitatem sermone & facto,  
Et tota mente atque animo cogitate sedulo,  
Quod & vobis summus rex in cælo sit,  
Qui nullius mortalis hominis personam curet,  
Quantumuis fastuosus & fortis is sit.

*Communi iuuentuti.*

**I**Vuenes omnes nunc moneo pietatis studiosos,  
Ut viris ætate prouectis & canitie venerabilibus obediant.  
Humiliter de vobis sentientes, superbiam vitate:  
Odit enim fortis Deus omnem hominem superbia elatum,  
Humilibus autem suam gratiam largitur.  
Quamobrem humiliter de se sentiat omnis homo mortalis,  
Ut ipsum in tempore opportuno exaltet Deus, qui operibus  
potens est.

*Viduis.*

**O**Mnis honesta scæniina, non habens carum maritum,  
In Deum omnipotentem spem suam collocet.  
Perseueretq; in precibus noctes & dies.  
Vidua enim talis Deo filia amabilis est.

ΠΙΝΑΞ ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ.

ἢ δ' ἀγῶ χερσῶ νύμφη πλήκροισι αἰεὶ.  
ἢ δ' ἔργοις ὀλοοῖς χαίρει δολίης Αφροδίτης,  
ἀνδρὸς τερπομένη ἀνόμω φλότῃ καὶ εὐνῇ,  
κάτθανεν ἢ δ' ἐ γυνή, καίπερ ζωῆσι μέτεσι.

Τοῖς πολλοῖς πρὸς τὰ φίλων  
ἀλλήλους.

Στέργε βροτοὺς ἄλλους τε ἢ εὖ πείησον ἐκείνης,  
ὡς παρὰ τῶν αὐτῶν ἐθέλεις σοὶ ὅμοια γνέωθι.





TABVLA OECONOMICA.

Et casto Christo sponsa longè carissima semper:  
Quæ autem gaudet pernitiosis factis dolosæ Veneris,  
Sese oblectans viri illegitimo amore & lecto,  
Mortua est hæc mulier, licet adhuc inter viuos ver-  
setur.

Omnibus in commune de mu-  
tua Dilectione.

Dilige alios homines, & benignè fac illis,  
Quemadmodum ab ipsis tibi similia fieri cupis. ✕





J V D I C I V M

D. V R B A N I R H E

G I I D E D. M A R T I N O L V T H E

ro, descriptum è quadam ipsius Epistola

ad amicum quendam Augustæ tum a-

gentem, Luneburgo, Anno

M. D. XX XIII.

scripta.



*V* M Saxoniam peterem  
(inquit) Coburgi integrum  
diem solus cum Luthero,  
viro D E I transegeram:  
quo die nullus mihi in vita fuit in-  
candior. Talis enim ac tantus est  
Theologus Lutherus, ut nulla secula  
habuerint similem. Hoc magis exc-  
coro stultitiam & arrogantiam Car-  
lastadianorum, qui sibi placent, qua-  
si Luthero queant conferri, cuius um-  
bram

bram non assequuntur, cum omni  
eruditione, quam iactant. Semper  
mihi magnus fuit Lutherus. At iam  
mihi maximus est. Vidi enim præ-  
sens & audiui, quæ nullo calamo  
trahi possunt absentibus &c.




ALIVD EIVSDEM EX ALTE-  
ra quadam Epistola ad Fratres in Chri-  
sto suos in superiore Germania a-  
gentes, Luneburgo scripta.

**E**GO (inquit) forsitan in iudi-  
canda vera doctrina non omni-  
no truncus sic iudico. Neminem esse,  
qui possit odisse Lutherum, si eum no-  
verit. Indicant libri spiritum Luthe-  
ri, sed si propius inspexeris hominem,  
si de rebus divinis ipsum audieris  
Apostolico spiritu differentem, tum  
dices,

dices, Vincit presentia famam.  
Maior est Lutherus, quam ut à quo-  
vis sciolo possit aut debeat iudicari.  
Vide quam magnifica Dei gratia  
sit in homine, cuius certè me non pu-  
det. Dicam quod sentio. Scribimus  
quidem passim, & tractamus scri-  
pturas, absit invidia verbo, sed Lu-  
thero collati discipuli sumus. Hoc  
iudicium non ex amore fluit, sed po-  
tius amor ex iudicio: Neminem con-  
temno. Malo contemni quàm lau-  
dari. Sed rursus contemni Luthe-  
rum, electissimum illud Spiritus san-  
cti organum non patiar. Er bleibt  
noch wol ein Theologus für der  
ganzen welt / das weis ich / ich  
kenne ihn nu bas denn zuvor / ehe  
ich in hab selbs gesehen vnd gehört.  
Me vehementer cruciat ingens in-  
ter-

teruallum, quo absum à *W*iteberga.  
Nam Luneburgum 34. miliaribus distat à *V*iteberga versus Holsatiam & Dani-  
niam, &c.





Die



154802

AB: 154802

ULB Halle 3  
003 864 588




5b.

VO 17

ante son:ia audiat in se  
dicit: et vult: et vult: et vult:  
nunc: et vult: et vult: et vult:  
nunc: et vult: et vult: et vult:  
nunc: et vult: et vult: et vult:  
nunc: et vult: et vult: et vult:  
nunc: et vult: et vult: et vult:  
nunc: et vult: et vult: et vult:  
nunc: et vult: et vult: et vult:  
nunc: et vult: et vult: et vult:





Κ Α Τ Η Χ Η Σ Ι Σ  
**ΜΑΡΤΕΙΝΟΥ**

ΤΟΥ ΛΟΥΘΗΡΟΥ, ΤΟΥ ΤΗΣ ΟΡ-  
θῆς Εὐαγγελίου διδασχῆς Ἰπαινορθω-  
τῆς, σίχοις Ελληνικαῖς μεταφρα-  
σθεῖσι, ἰσθῶ

ΙΩΑΝΝΟΥ Ἔ ΠΟΣΣΕΛΙΟΥ.

C A T E C H E S I S  
**MARTINI LUTHE-**

RI, PVRIORIS DOCTRINÆ  
Euangelij instauratoris, versibus  
Græcis reddita

à  
ΙΟΗΑΝΝΕ ΠΟΣΣΕΛΙΟ.

*Cum interpretatione Latina*  
M. IOHANNIS POSSELLII  
*iunioris.*

*Stephanni  
Neuvally*

ROSTOCHII  
Typis Stephani Myliandri.

1 5 8 9.

